v ¶ Sepelire. ſe et alios quos vo luit. vt. ĩ. patet.
x ¶ Nõ cõſenti ant. vt ⁊ inſti. de re. di. §. in cõmu= ne. Accur.
y ¶ Cõceſſum. etiã in heredita= rio ⁊ familiari. vt C. eo. ius familia rium. Accur.
z ¶ Specialiter valet ſpecialiter dictũ qđ gñaliter nõ valet. vt. ſ. de mino. l. illud. §. ſi talis. ⁊ diximus ſ. de ꝑcu. põpo= nius. Accur.
a ¶ Tantũ ſepe liri. ſ. cõceſſuʒ eſt.
b ¶ Inferre licʒ ſcʒ exheredatis. Azo.
c ¶ Nec ſepeliri in hereditarium. vt. C. eo. l. monu= mentoꝝ. Sʒ in fa miliari vr̃ ꝯ. quis

quibus quidā[a] inſcripſerūt monumētū[b] ſibi libertiſq; ſuis feciſſe. ⁊ ita papi. rñ. ⁊ ſepiſſime idē cōſtitutum eſt. ¶ Si adhuc monumētū purū eſt: poterit qs hoc ⁊ vēdere ⁊ donare. ſi zenotaphium[c] ſit: poſſe hoc venire dicēdū eſt. Nec ei hoc eſſe religioſum diui fratres reſcripſerunt. Gaius.

Is qui intulit mortuū ī alienū locū aut tollere[d] id qd intulit: aut loci precium pſtare cogitur p in factū actionē. que tam hrdi q̄ in heredē cōpetit ⁊ ppetua ē. Aduerſus eum qui in alterius archam[e] lapideā in qua adhuc mortuus nō erat cōditꝰ mortuū intulerit: vtilē actionē in factū procōſul dat. q: non pprie vl' in ſepulchrū vl' ī locū[f] alteriꝰ intuliſſe dici pt. Vlp.

Oſſa q̄ ab alio illata ſūt vel corpus an liceat domino loci effodere vl' eruere ſine dcreto pontificū ſeu iuſſu pncipis q̄ſtionis ē. ⁊ ait labeo expectandū[g] vl' p iuſſum pontificalē ſeu iuſſionē principis: alioq̄n iniuriaꝝ fore[h] actionē aduerſus eū q̄ eiecerit Si locus religioſus[i] p puro veniſſe dicet: ptor in factū actionē in eum dat ei ad quē ea res ptinet[k]. que actio ⁊ ī heredē cōpetit: cū quaſi[l] ex empto actionē cōtineat. ¶ Si ī locū publicis vſibus deſtinatū intulerit quis mortuū: pretor in eum[m] iudicium dat. Si dolo[n] fecerit ⁊ erit extra ordinē plectendus: modica tamē coertione. ſed ſi ſine dolo malo/abſoluēdus eſt. ¶ In hāc autē actionē loci puri appellatio ⁊ ad edificiū[o] pducēda eſt. Nec ſolum dño hec actio cōpetit: verū ei quoq; q̄ eiuſdē loci habet vſufru. vel aliquā ſeruitutē. quia ius prohibēdi etiā hi habēt[p]. ¶ Ei qui prohibitus eſt inferre in eum locum quo ei ius inferēdi eēt in factum actio competit[q] et interdictum etiam ſi non ipſe prohibitus ſit: ſed pcurator eius. q: intellectu aliquo phibitus ipſe videtur[r]. Gaiꝰ.

Liberum eſt ei qui prohibetur mortuum īferre oſſa ve mortui: aut ſtatī interdicto[s] vti quo prohibetur ei vis fieri: aut alio inferre ⁊ poſtea in factū agere. p quā conſequetur actor quanti eiꝰ interfuit prohibitum nō eſſe in quam computationem cadit loci empti precium[t]: aut conducti merces. Item ſui loci precium quē quis (niſi coactus eſſet) religioſum facturus nō eſſet. Unde miror quare conſtare videatur[v] neq; heredi neq; in heredem dandā actionem hanc. nam vt apparet pecuniarie quantitatis ratio in eam deducitur: certe ppetuo ea inter ipſos competit. Vlpianus.

Si venditor fundi excepit locū ſepulchri ad hoc vt ipſe poſteriq; eius illo inferantur: ſi via vti prohibeatur vt mortuum ſuum inferret/ agere poteſt[x]. videtur ei[y] etiam hoc exceptū inter emētem et vendentem: vt ei per fundum ſepulture cauſa ire liceat. Paulus.

libertꝰ ptinet appellatiōe familie. vt. C. d̄ ħ. ſig. l. ſi. Ac.

a ¶ Quidam. ſ. teſtatores vel hoīes. Accur.

b ¶ Monumentū. nec enim ſcriptura ſola q: fuit teſtiū ſolēnitate deſtituta: libertis tribuit ius inferendi. vt. ff. de codicil. l. ſ̄e. al's ꝫ. vt. C. de fideicō. et in epiſtola.

c ¶ zenotaphiū expoſitio ē l̄re ſuperioris. nā et zenotaphiū ⁊ purū monumētū idem eſt. vt. ff. eo. monumentū. ⁊. ꝭ. de re. di. l. ſed diui. q. d. id eſt ſi zenotaphiū ⁊c. vel appellat hic zenotaphium locū. ex quo pncipe pmittēte mortuꝰ tranſlatꝰ eſt. vt. ff. e. l. cū in diuerſis. Accur.

Is qui īntulit aut tollere in arbitrio eſt inferētꝫ alterū dare. vt ar. ff. d̄ iur. do. plerūq; §. ſi. videt tñ iniquū eſſe. vt argu. ff. re. amo. l. non eīn. et C. de his q̄ a non dño ma. l. i. Michi vr̄ tñ ꝫ. hoc ē non eē iniquum. q: ħ cogit qs fauore religiōis vēdere inuitus. vt ff. eo. ſi quis ſepulchrū. Sꝫ regl'arit ſuū inuitus nēo cogit vendere niſi in caſu. vt in ſo cio manumittente. vt. C. d̄ cōi ſer. manu. l. i. Azo.

e ¶ Archā. ſupra terrā. Azo.

f ¶ Uel in locū. q: locꝰ fundi portio dicit. ⁊ ſepulchrum qd ī loco fit eſt terreſtre et ſub terra. Azo.

Oſſa. expectandum. fauore religionis. al's ptra. vt. ꝭ. ad l. aq̄l. queadmod §. i. que eſt ptra.

h ¶ Fore actionē. ſ. hrdi. vt. ff. de iniur. l. i. §. q̄tiēs.

i ¶ Si locus religioſus. ſ. de facto. Accur.

k ¶ Pertinet. i. ei cuius eſt ſepulchꝝ ſiue locus ſepulchri. ſ. venditori ꝫ extraneū. ſ. inferentē. vt aut tollat qd impoſuit: vel p̄ſtet ei intereſſe. vt. ff. eo. libeꝝ. Sꝫ ⁊ ipꝫ ſepulchrū petit hac actione. vt. ꝭ. de rei ven. l. qui reli. Et ita vbū quaſi ſimilitudinarie ponit. q. d. quātū preſtabit emptori tm̄ ab inferente petet hac actione.

l ¶ Quaſi ex empto: q̄ſi expſſiuū eſt ſpirātis ꝟc. nā in hoc caſu ex empto agit. vt. ff. d̄ cōtrahen. empt. l. q̄ offic. §. q̄ neſciēs. ſꝫ q̄ſdā. Sꝫ tu dic vt dixi ſimilitudinarie. ei ei cuiꝰ ē ſepulchrū ſiue locꝰ ſepulchri dat ī factū: ſꝫ ēptori dat ex empto. vt ibi.

m ¶ In eū. ſ. inferētē. Accur.

n ¶ Dolo. maxime. ⁊ iō d dolo poſuit: q: locutꝰ erat de coħertiōe que abſq; dolo nō imponitur.

o ¶ Ad edificiū vt ⁊. ꝭ. e. l. ij. §. ſi.

p ¶ Hāt. vt ⁊. ꝭ. e. l. ij. §. aij. Accur.

q ¶ Cōpetit. vt ⁊ ff. ſi. i. l. i. in prin. ⁊. ff. l. proxi.

r ¶ Videt. vt et ff. de vi ⁊ vi ar. l. ſi. ⁊. l. cū fundū. ⁊ l. colonus.

Liber ē. interdicto. vti poſſidetis. Ac.

t ¶ Preciū. q: ſi petet nō petet ſui loci p̄ciū cum ipſum habeat.

v ¶ Videatur. ſcilicet imperitis vt. ff. e. ſi filius §. hec actio.

Si venditor agere poſſet ſecus ſi ſibi nō cauiſſet niſi publica via eſſet ad ſepulchrū. vt. ff. de act. emp. ſi merce dē. §. ſi eū. Accur.

y ¶ Videt enim vt et. ff. de ſepulc. vio. l. vtimur. et ar. ff. de contrahen. emp. l. qui fundum. § in lege. ⁊. ꝭ. de iur. om. iudi. l. ij. Accur.

Quod ſi locꝰ monumēti hac lege venierit: ne in eū inferant̄[a] quo ſibi ius eſt[b] īferri: pactū quidē ad hoc nō ſufficit: ſed ſtipulatione id caueri oportet. Ulpia.

Si qs ſepulchꝛū habeat viā aūt ad ſepulchꝛ nō habeat[c]: ⁊ a vicino ire ꝓhibeat: Impator antoninꝰ cum patre reſcripſit iter ad ſepulchꝛū peti ꝑcario ⁊ ꝯcedi ſolere: vt quotiēs nō debet̄ impetret̄ ab eo q̄ fundū adiūctum habeat. non tñ hoc reſcriptū qd impetrādi dat facultatem etiā actionē ciuilē īducit: ſed extra ordinē[d] īterpellet̄[e]. Preſes etiā cōpellere[f] dꝫ iuſto p̄cio iter ei preſtare. ita tñ vt iudex etiā de oportunitate loci proſpiciat: ne vicinꝰ magnū[g] patiat̄ detrimentū. ¶ Senatuſcōſul. cauet̄ ne vſus ſepulchꝛoꝝ ꝑmutationibꝰ polluat̄: id eſt ne ſepulchꝛū alterius[h] cōuerſationis vſum accipiat. ¶ Pretoꝛ ait[i] ſi funerꝭ cā ſumptus factꝰ erit: eius recuperādi noīe in eum ad quē ea res ꝑtinet iudiciū dabo. hoc edictū iuſta ex cā ꝓpoſitū eſt: vt qui funerauit proſequatur id quod impendit. ſic enim fieri ne inſepulta[k] coꝛpoꝛa iacerēt neve quis de alieno funeret̄. Funus autē eum facere opoꝛtet: quē decedens elegit[l]. Sꝫ ſi non ille fecit/ nullā eſſe huiꝰ rei penā: niſi aliquid pro hoc emolumēti ei relictū eſt. tunc eñi ſi nō paruerit volūtati defuncti: ab hoc repellit̄[m]. Sin autē de hac re defunctꝰ nō cauit: nec vlli delegatū id munꝰ eſt: ſcriptos hēredes ea res cōtingit. ſi nemo ſcriptꝰ eſt: legitimos vel cognatos quoſq[n] ſuo oꝛdine quo ſuccedūt. Sūptus funeris arbitrant̄[o] ꝓ facultatibꝰ vel dignitate defuncti. ¶ Pretoꝛ vel magiſtratꝰ municipalis ad funꝰ ſumptuꝫ decernere dꝫ: ſi q̄dē pecunia ī hēditate eſt/ ex pecunia. ſi nō eſt: diſtrahere dꝫ ea[p] que tp̄e peritura ſunt: quoꝛūq retentio onerat hēditatē. ſi minꝰ[q] ſi q̄d auri argentiq fuerit: diſtrahi aut pignoꝛari iubetur[r]. Gaiꝰ

Vel a dbitoꝛibꝰ ſi facile exigi poſſit.

At ſi qs impediat[t] eū q̄ emit quominus res ei tradant̄: ꝓtoꝛē iter uenire opꝫtet: tueriq hmōi factū ſi qs impediat quominus ei res vendite tradant̄. ¶ Si colonus vel inquilinus ſit is qui moꝛtuꝰ eſt: nec ſit vñ funeret̄: ex inuectis ⁊ illatis eū funerandum pompo. ſcribit. et ſi quid ſuperfluū remanſerit: hoc pro debita penſione teneri. ¶ Sed et ſi res legate ſint a teſtatoꝛe de cuius funere agitur/ nec ſit vnde funeretur: ad eas quoq manus mittere oportet. ſanctius eſt enim de ſuo teſtatoꝛem funerari q̄ alii quos legata cōſequi. Sꝫ ſi adita fuerit poſtea hereditas: res emptoꝛi auferēda[v] nō eſt: qꝛ bōe fidei poſſeſſoꝛ eſt/ ⁊ dominiū hꝫ qui auctoꝛe iudice[x] cōparauit. legatariū tamē legato carere nō opoꝛtet/ ſi pōt indēnis ab herede preſtari[y]. Nā ſi non poteſt/ melius eſt legatariū nō lucrari q̄ emptorem dāno affici. ¶ Si cui funeris ſui curam teſtatoꝛ mandauerit/ et ille accepta pecunia funus nō duxerit: de dolo

Quod ſi locus. inferantur. ſ. ab emptoꝛe.
b ¶ Ius eſt. i. eſſet. et dic ꝙ appellat locū monumenti fundum in quo erat monumentū. i. ſepulchꝛū. et quia ſepulchꝛū: ideo non valuit pactum. qd eſt ꝯtra ius religionisq̄ priuilegio gaudet. ⁊ facit ad hoc. ff. de pac. l. nemo. Ul' dic ꝙ foꝛte hec lex habuit odio illd pactum qd reſtrigit emptoꝛi facultatem ſepeliēdi certos hoīes etiā in re que nō ſit religioſa: deſtiata tñ religioni. ⁊ iō certo mō tñ admiſit pactū. i. per ſtipulationē. idē in vſuris. vt habet̄ C. de vſur. l. iij. idē in pēa. vt. ff. de ſer. expoꝛ. l. ſeruꝰ. Sꝫ in viro idē ſꝫ alia rōne. vt. C. de iur. do. l. auia. Alij tñ vt Ir. dicūt. ꝙ in hac lege loq̄mur de ſtipulatiōe penali: cuius metu ſtat̄ placitis. al's pactū factum nō ſufficit cū humanis legibꝰ ſit exēptū. Si aūt nō ſit religioſa nec deſtinata religiōi et ſepeliri ꝓhibet̄ ēt nō ſolum certos hoīes ſꝫ oēs: pactū valet incontinēti factū. vt. C. de pac. iter emp. ⁊ vē. l. fi. q̄ eſt contra. ⁊ ar. ff. de ſepul. vio. l. iij. §. ſi quis in hēditariū. ac.
Si quis ſepulchꝛum. non habeat. quia flumē abſtulit aliquam viam.
d ¶ Sed ex̄ oꝛdinē. i. extra ius vel etiam in iure.
e ¶ Interpelletur. ſ. vicinus.
f ¶ Compellere. No. ergo ꝙ cogitur quis vendere. vt ⁊. C. de ſer. cōi ma. l. i. et. ff. de publi. l. cotem. §. fina. Accur.
Uēdere q̄s cogitur.
g ¶ Magnum. facit ad hoc. ff. de ſerui. ſi cui. ⁊ ff. loca. l. habitatoꝛes. ⁊ ff. de edil. edic. l. i. §. ſed ſciendū. et qd no. ff. ſi vſufruc. pe. l. i. §. i. et de ſer. vr. predi. l. binas.
h ¶ Alterius. al's aliene: ſi cōtra fiat ducentoꝝ aureoꝛum pena imponitur. vt. ff. de ſepul. vio. l. iij. §. ſi quis in ſepulchꝛo. Accurſius floꝛentinus.
i ¶ Pretoꝛ ait, dixit de religioſis: nunc de ſumptibus funerum et ſubaudi de eo.
k ¶ Inſepulta. ſic inſtitu. de obliga. que ex quaſi cōtractu. §. i. Acc.
l ¶ Elegit. vt in aut. de eccle. titu. §. ſi quis autem. colla. ix. et. C. de epiſ. et cle. nulli.
m ¶ Repellitur. vt et. C. de leg. l. penulti. Accur.
n ¶ Quoſq. id eſt quoſlibet.
o ¶ Arbitrātur. id eſt eſtimantur Accurſius.
p ¶ Ea. i. pretoꝛ iubet diſtrahi.
q ¶ Si minus. id eſt ſi non ſint ibi res que vendi poſſint. vt et. ff. de ven. in poſſeſſio. mit. l. i. §. diminutio. Accur.
r ¶ Iubetur. primo pignoꝛatio. ſecūdo venditio fit. vt. C. de ſacroſan. eccl'. aut. hoc ius Accurſius floꝛē.
Vel a debitoꝛibus. ſcilicet exigi.
At ſi quis īpediat. ſcilicet iniuſte. alioquin ꝯtra. in hoc autē ſummatim habetur cognitio vt. ff. de re iudi. a diuo pio. §. ſi ſuper.
v ¶ Auferenda non eſt. vt legatario detur.
x ¶ Auctoꝛe iudice. vt et. ff. de acqui. poſ. l. iuſte.
y ¶ Ab herede preſtari. vt et. ff. e. l. fina. in princi.

actionē in eum dandam[a] me-
la ſcribit: credo tamē et extra
ordinem eum a pretore cōpel
lendum[b] funus ducere. ¶ Fu
neris cauſa ſumptus factꝰ vi-
detur is demum qui ideo fue
rit[c] vt funꝰ ducatur: ſine quo[d]
funus duci non poſſit. vtpu-
ta ſi quid impēſum eſt in illa-
tione mortui. Sed et ſi quid
in locuꝫ fuerit erogatū in quē
mortuꝰ infertur: funeris cau-
ſa videri impenſum labeo ſcri
bit. quia neceſſario locus pa-
ratur in quo corpus conditur.
Impēſa peregre mortui que
facta eſt vt corpus perferre-
tur funeris eſt: licet nondū ho
mo funeretur. Idēq; et ſi q̄d
ad corpus cuſtodiendum vel
etiam cōmendandū factū ſit.
vel ſi quid in marmor vel ve-
ſtem[e] collocandam. Non au-
tem oportet ornamenta[f] cum
corporibus ſuis cōdi[g] nec q̄d
aliud huiuſmodi[h] qđ homies
ſimpliciores faciunt. ¶ Hec
actio que funeraria[i] dicitur ex
bono et equo oritur. continet
autem funeris cauſa tantum
impenſam[k] non etiam cetero-
rum ſumptuum[l]. Equum au-
tem accipitur ex dignitate eiꝰ
qui funeratꝰ eſt ex cauſa[m]: ex
tēpore[n]: ex bona fide[o]. vbi ne
q̄ plus imputetur ſumptꝰ no
mine q̄ꝫ factum eſt ſi immodi
ce factum eſt. debet enim ha-
beri ratio facultatum eius in
quem factum eſt: et ipſius rei
que vltra modū ſine cauſa cō
ſumitur. Quid ergo ſi ex vo-
luntate quidē teſtatoris quid
impenſum eſt. ſciendū eſt nec
voluntatem teſtatoris ſequē-
dam[p] ſi res egrediatur iuſtam
ſumptuum rationem. pro mo
do autem facultatum ſumptꝰ
debere fieri. ¶ Sed interdū
is qui ſumptū fecit nō recipit
ſi pietatis gratia fecit: nō hoc
animo quaſi recepturus ſum
ptum quem fecit. Et ita impe
rator noſter reſcripſit. Igitur
eſtimandum erit ab arbitro ⁊
perpendendum quo aīo ſum-
ptus factus ſit: vtrū negociuꝫ
quis vel defuncti vl' heredis[q]
gerit: vel ipſius humanitatis[r].
an vero miſericordie vel pieta
ti tribuens vel affectioni. po-
teſt tamē diſtigui ⁊ miſericor
die motꝰ: vt ſi in hoc fuerit mi
ſericors vel pius qui funera-
uit vt eū ſepeliret ne inſepul-
tus iaceret: non etiā vt de ſuo
ſumptum faceret. quod ſi iu-
dici liqueat nō debet eum qui
conuenitur abſoluere. Quis
eñ ſine pietatis intētiōe alie-
num cadauer funerat? Opor
tebit igitur[s] teſtari quēq; quo
animo funerat: ne poſtea pa-
tiatur queſtionē. ¶ Pleriq; fi
lij cum parētes ſuos funerāt:
vel alij qui heredes fieri poſ-
ſunt: licet ex hoc ipſo neq; pro
herede geſtio: neq; aditio pre
ſumatur[t]. tamen ne imiſcuiſſe
ſe neceſſarij vel ceteri pro he
rede geſſiſſe videantur: ſolent
teſtari pietatis gr̄a facere ſe-
pulturam. Ne ſi ſuperuacuo
fuerit factū: ad illđ ſe munire
videtur ne immiſcuiſſe ſe cre-
dantur: nō ad illud vt ſumptū
conſequātur. Quippe prote-
ſtātur[v] pietatis gratia id ſe fa

a ¶ Dandam. ſcilicet heredi.

b ¶ Cōpellēdū. vt ⁊ .ſ. fa. her. l. qui erat. ſed nonne da-tur mandati. vt .j. man. l. ſi vero non re. §. fi. que eſt cōtra. qđ ſi eſt: de dolo nō debet dari. ſolue ſm quoſdā. hic mā-dati cōcurrit cū actiōe de dolo. cū vtraq; eū infamet. ſed hoc non valet. vt .ſ. ď dolo. l. ideoq;. Uel dic q̄ hic fuit facio vt des: ex q̄ dat actio de dolo. ibi eñ fuit gratis ſuſceptum mādatuꝫ. Uel dic tertio q̄ ideo mandati actio nō dat q̄r ille nō ſuſcepit mā-datū. aut q̄r ignorās: aut q̄r ꝯtradicēs. Sed tu dic q̄rto q̄ hic fuit mandatū ſuſceptuꝫ. et tñ mādati nō agitur. q̄r mādatum de ea re nō fuit iniūctū q̄ viuo teſta-tore explicari non potuit. nec eñ funus duci pōt niſi decedat. ſꝫ in. l. cōtraria fuit mādatam vt fieret mo-numentū qđ eo viuēte fieri pōt. Se-pulchrū autē non eſt niſi poſt mortē domini. Accur.

c ¶ Ideo fuerit. ſcꝫ factus.

d ¶ Sine quo. ſ. ſumptu. vt .j. e. fu-neris. in prin.

e ¶ Ueſtē. ſtamē vel cilicium.

f ¶ Ornamenta. anulos vl' veſtes vt ſubijcit et .j. de lega. i. ſeruo alie-no. §. fi. Accur.

g ¶ Cōdi. opor-tet. Accur.

h ¶ Huiuſmodi. vt lectū. Accur.

i ¶ Funeraria. ſubſtātiue ponit vt ſit nomē actio-nis. Uel ponit ad iectiue: vt dicatur actio in factum q̄ dat pro eo qđ eſt im pēſū i funere. Ac.

k ¶ Impenſam. ſcilicet factam.

l ¶ Sumptuum. factorum in teſtatorem curandum.

m ¶ Ex cauſa. vt ſi erat funus in peregrinatione quod oportuit multum perferri. Azo.

n ¶ Ex tēpore. vt ſi fecerit tēpore hyemali in quo plus impendit q̄ꝫ in eſtate impenderet.

o ¶ Ex bona fide. q̄r ſi plus q̄ꝫ impēdat petat nō pote-rit. Itē ſi mala fide plus impendit: imputetur ei.

p ¶ Sequēdam. vt ⁊ .j. de cōdi. iſti. q̄dā. ⁊ ar. .j. ad ma. l. ſꝫ iul. §. qđ dr. ⁊ .j. ad legē falci. l. i. §. fi. ⁊ .j. e. funer. l. i fi. Idē ē ď alimētꝫ a defūcto filio ſta tutis. ſ. vt debeat tutor ſeq̄ volūtatē pr̄is ſi nō vltra vi res pr̄imonij ſta-tuit. vt .j. vbi pu. edu. l. ij. in fi. ſm y. ſed cōtra .ſ. de peti. her. l. heredi tas. §. i. ſol. vt ibi.

q ¶ Uel heredis gerit. vtroq; eniꝫ caſu agit funera-ria. vt .j. eodeꝫ. l. ſi quis.

r ¶ Hūanitatis. ſm quā itereſt vt vnꝰ alteri ſeruiat: non vt donet. Ac.

s ¶ Oportebit igit. i. oportunū ē non neceſſariū. vt .ſ. de neg. ge. neſē-nius. Et ſic no. q̄ atteſtatio probat volūtatis nr̄e ſen tētiam. ſic .j. eo. la beo. ⁊ .j. de acq. he re. p herede. § ce-terꝫ. Et pdeſt hoc notare cū tractat poſſederit q̄s pro feudo an pro allo dio. Itē ⁊ in mr̄i-monio cū p̄mo p teſtat' ē ſi ñ deſpō ſare cā matrimo-nij: ſed vt mulieri parētes heredita tē relinquerent.

t ¶ Preſumat. vt et .ſ. e. l. ſcriptꝰ in prin. ſed arg. con-tra. C. de repu. he re. l. i. ſol. ibi plus fecit: quia ſtabat in domo et alia. vnde contra eum preſumitur niſi probetur contrarium. ſcilicet q̄ nō ani-mo adeundi fecerit. Accur.

v ¶ Proteſtantur. ſ. tacite. immo expreſſe. Accur.

a ¶ Oportet. i. neceſſe eſt: quia illa proteſtatio preiudicat. quia pietatis cauſa dixerat ſe facere. Et no. ꝙ confeſſio indiffinite prolata in omnibus preiudicat.

Confeſſio īdiffinita ī oībus preiudicat.

b ¶ Non debet admittere. nam nō repetit̄ vt ſubijcit.

c ¶ Cōtumeliā. vt. j. de iniur. l. i. §. quotiēs. ergo nō debet ſentire cōmodū. vt. ſ. de nego. ge. ſiue hr̄ditaria.

d ¶ Nō hoc animo. quia neminē ſibi obligare voluit. vt. ſ. cō. di. l. in hoc iudicio.

e ¶ Ex cā. ſ. hac iuſta. Accur.

f ¶ Funerariaz. ſcȝ vtilem. vt. j. e. ſi poſſeſſor. in prin.

g ¶ Labeo ait. nō actuꝝ. ſz nōne ſemꝑ dat̄ actio nego. geſt. vt. ſ. de nego. ge. ait ꝑtor. §. hec v̄ba. et. l. ſiue hereditaria. q̄ ſūt ſ. ſol. ibi loquit̄ de alijs negocijs nō de funeris ip̄enſa q̄ viuēte teſtatore explicari nō pōt. nec ei⁹ noīe defunct⁹ potuit eē obligat⁹. alia r̄o p̄nt lȝ hic quo ad ſeparationē ip̄etrādā videatur contrahere cum defuncto. vt. ſ. e. l. i. Item contra. j. de ꝑui. cre. l. i. vbi videt̄ ꝙ fa. her. actō hic cōpetat. ſolue illam ſm̄ iſtam.

h ¶ Actū ſit. ⁊ iō ampli⁹ agi nō p̄t. Azo. vt. ſ. fa. her. ſi filia. §. familie.

i ¶ Ex cā cōpetere. no. fieri poſſe ꝯ ꝓhibitionē. et tn̄ idē eſt effect⁹ ac ſi ꝓhibitio nō eſſet. vt h̄ ⁊ j. de leg. i. ſi filiuſfa. §. diuus. et j. de exer. l. i. §. magiſtrum. et. C. ne tuto. vel cura. vecti. cō. l. i. ⁊ j. qđ vi aut clam. l. fi. § ſi ſtercus. ⁊ j. de ap. nō tantum. ⁊ j. de ſolutionibus. l. ſolutionem.

☞

k ¶ heres eius ꝓhibuerit. ſ. ſepelire ip̄m teſtatorē. q. d. nō eſt ſtandum ipſius prohibitioni. Sed op. huic ⁊c. ſed reſpondetur pone me ⁊c. quo caſu indubitabiliter agitur: licet a prohibito. Accur.

l ¶ Competere. certe ſic. vt. ſ. e. l. §. ſi cui. Accur.

m ¶ Imitari. vbi poſt prohibitionez ceſſat actio. vt. C. de nego. geſt. l. fi. ⁊ ſic not. mentem potius q̄ȝ v̄ba legis ſeruādam. vt ſ. de in ius voc. l. q̄uis.

Legis mēs potius q̄ verba ſuādā eſt.

cere. plenius igitur eos teſtari oportet[a] vt ⁊ ſumpt⁹ poſſint ſeruare. Fortaſſis qs poſſet dicere interdū partez ſumpt⁹ facti poſſe recuperari. vt ſi qs ꝑ parte quaſi negociū gerēs: ꝑ parte pietatis gratia id faciat qđ eſt verius. Partē igit̄ ſumptus conſequetur quē nō donādi aīo fecit. ¶ Iudex q̄ de ea eq̄tate cognoſcit: interdum ſumptū omnino non debet admittere[b] modicū factuz ſi forte in contumeliā[c] defuncti hoīs locupletis modic⁹ factus ſit. nā nō debet hui⁹ habere rationē: cū ꝯtumeliā defuncto feciſſe videat̄/ ita eū funerādo. ¶ Si qs dū ſe heredē putat patrēfamilias funerauerit: funeraria actōe vti nō poterit: quia nō hoc animo[d] fecit quaſi alienū negocium gerēs. et ita Trebacius ⁊ Proculus putāt. puto tamen et ei ex cauſa[e] dandā actionē funerariam[f]. Labeo ait[g]. quotiēs qs aliā actionē habet de funeris impenſa conſequēda: funeraria eum agere nō poſſe. Et ideo ſi familie herciſcūde agere poſſit: funeraria nō acturū. Plane ſi iā familie herciſcunde iudicio actū ſit[h]: poſſe agi. ¶ Idē labeo ait. ſi ꝓhibente herede funeraueris teſtatorē: ex cauſa cōpetere[i] tibi funerariā. Quid enim ſi filiū teſtatoris heres ei⁹ ꝓhibuerit[k]: huic contradici poteſt. ergo pietatis gratia funeraſti. Sed pone me teſtatū: habiturū me funerariā actionez. de ſuo enim expedit mortuos funerari. Et qđ ſi teſtator quidā funus michi mādauit: heres prohibet: ego tamē nichilomin⁹ funeraui: nonne equū eſt michi funerariā cōpetere[l]? Et generaliter puto iudicē iuſtū nō merā negocioꝝ geſtorū actionē imitari[m]. ſz ſollicit⁹ eq̄tatē ſequi debet: cū hoc ei ⁊ actionis natura indulgeat. Diuus autem marcus reſcripſit eū heredez q̄ ꝓhibet funerari ab eo quez teſtator elegit: non recte facere. penam tamē in eū ſtatutā[n] nō eſſe. ¶ Qui mādato alterius funerauit nō habet funerariā actionem. ſed is ſcȝ qui mādauit funerādū ſiue ſoluerit ei cui mādauit: ſiue debet[o]. At ſi pupill⁹ mādauit ſine tutore auctore: vtilē funerariam actionē dādā aduerſus heredem[p] ei q̄ impēdit. lucrari em̄ heredē iniquū eſt. Si aūt pupillus funus ad ſe ꝑtinēs ſine tutoris auctoritate mādauit: dādā in eū actiōem[q] arbitror. Si heres exiſtit ei q̄ funerat⁹ eſt: ſoluēdoq;[r] hr̄ditas eſt. Cōtra ſi qs mandato heredis funerauerit: nō poſſe eū funeraria actiōe agere labeo ſcribit: q2 habet mādati actionē. Si tn̄ q̄ſi negociū heredis[ſ] gerēs funerauit (licet ratum non habeat) tamē funeraria eū agere poſſe labeo ſcribit. Datur autē hec actio aduerſus eos ad quos funus ꝑtinet. vtputa aduerſus heredē bonorūve poſſeſſorē ceteroſq; ſucceſſores.

FUneris impenſam ⁊ patronus[t] q̄ bonoꝝ poſſeſſionē petit ꝯtra tabulas p̄ſtat. Pōpo.

Ulpia. IA eum[v] ad quem dotis

n ¶ In eum ſtatutā. not. ergo nō puniri illicituȝ. vt hic. et. j. de ſepulchro violato. l. iij. §. non perpetue. et. j. de vſufructu legato. l. heres. Accur.

Illicitū q̄n̄q; nō punit̄.

o ¶ Debet. quia videtur ei abeſſe id in quo obligatus eſt. vt. ſ. de nego. geſt. ſi qs mā.

p ¶ Aduerſ⁹ heredem. non pupillum. Accur.

q ¶ Actionē. ſcilicet mandati. vt j. proxi. §. Accur.

r ¶ Soluēdoq;. maxime. nam funeraria exuperat omne es alienuȝ. vt. j. e. l. penul. Uel ideo ponit quia tunc pupillus impetrat in integ. reſtitu. et ideo nō tenetur funeraria. Accur.

ſ ¶ Negociū heredis. īſtituti qui nondū adijt. alioquin contra. tunc enim non funeraria. ſed nego. geſt. datur actio. hic ergo contra heredē non datur nego. geſt. quia eius in veritate negociuȝ nō erat: nec defuncti potuit eſſe. vt ſ. de nego. geſt. l. ait pretor. §. hec verba.

t FUneris. patronus. vt ⁊ ſ. ſi pars here. peta. ſorori. §. ſumptus.

v INeum. id eſt contra eum.

a ¶ Dat ptor. vt ⁊. C. de nego. geſt. l. q̄ð l vxorē. l ff. Ac.
b ¶ Suis. ſ. alijs. nam ⁊ hoc quaſi patrimoniū eſt. vt ſ. de mino. l. iij. §. ſed vtrum. in fi.
c ¶ Cōferre debere. ꝑ ea parte qua lucrat̄ dotē et eum ad quē ſpectat aliō pr̄imoniū ꝑ alia rata. vt. i. e. celſus. ſi aūt marit⁹ non lucrat̄ vt q̄ꝛ vſufruct⁹ ſibi in dotē dat⁹ decedēte muliere ꝯſolidet̄ ſibi cū pri⁹ eēt. ꝓpetari⁹ nichil videt̄ lucrari: cuꝫ ⁊ al's ea defuncta hoc erat habitur⁹. ⁊ iō non cogit̄ ad has ipēſas. vt. i. ð iure do ti. cū in fundo. in pin. ibi q̄ ſi i matrimonio ⁊c.

¶ Sed ſi nondū preſtiterit. vt ⁊. i. eo. ſi mulier. §. i. Accur.

¶ Nerati⁹ q̄rit. pacto. ſic. ſ. de trāſac. controuerſia. in princi. Accur.

f ¶ Cōuenire. ꝑ ea parte q̄ remanet apud maritū. Accur.

g ¶ Non poſſit. vt ⁊. ſ. ð pac. l. ius publicum.

h ¶ Cōferre eū. videbat̄ ſ. q̄ꝛ ſtipulat⁹ erat totam dotē ſibi reſtitui. Accur.

i ¶ Aūt nō. ſ. cōueniret̄ marito lucrante. Accur.

k ¶ Soluendo. ſꝫ quare īſpicit̄ ſit ſoluēdo vel nō: cū expenſa iſta excedit oē es alienuꝫ. vt. i. e. l. ipēſa. q̄ eſt ſ. ⁊ iō ꝓ rata tā de dote q̄ꝫ ð alia ſubſtātia eſt ſoluēda. vt. i. e. celſus. ſol. h cōputato pr̄imonio ⁊ ð dote pt ite gre ſolui creditorib⁹ alijs funeraria agētibus. ⁊ iō nō hꝫ locū lex illa impenſa. vt ergo omnibus ſatiſfiat ſeruatur quod hic dicit.

l ¶ In prez. funeraria actio. eſt em̄ prius on⁹. vt. i. de l rē per. filius. ⁊ domini de ſeruo. vt. ſ. e. ſi filius. §. i. Accur.

¶ Celſus. funeranda eſt. vt. i. ad legem falci. ſi vir. et ſ. e. l. in eum.

¶ Veluti. conferat. ſi ſoluendo eſt maritus. alioq̄n ꝓ eo q̄ð facere poteſt. vt. i. e. l. ſic pro rata. §. fi.

noie quid ꝑuenit: dat pretor[a] funerariā actionē. Equiſſimū em̄ viſuꝫ eſt veterib⁹ mulieres quaſi de patrimonijs ſuis[b] ita de dotib⁹ funerari. et eum qui morte mulieris dotē lucrat̄: in fun⁹ ꝯferre debere[c] ſiue pr̄ mulieris eſt ſiue marit⁹. Papi.

Sed ſi nōdū pr̄ dotē recupauerit: vir ſolū ꝯueniet̄ reputaturus patri q̄ð eo noīe preſtiterit[d]. Iulianus.

Impēſa em̄ funeris es alienū dotis eſt. Ulp.

Ideoq̄ꝫ etiā dos ſentire hoc es alienū dꝫ. Idē.

Nerati⁹ q̄rit ſi is q̄ dotē dederit ꝓ muliere ſtipulat⁹ eſt duas partes dotis reddi: tertiā partē apud maritū remanere pactus ſit/ ne q̄d marit⁹ in funus ꝯferret: an funeraria marit⁹ teneat̄[e]: et ait ſi q̄dē ipſe ſtipulator mulierē funerauerit: locum eſſe pacto[f] ⁊ inutilē funerariam ei fore. Si vero alius funerauit: poſſe eū maritū ꝯuēire[f]. q̄ꝛ pacto hoc publicū ius infringi non poſſit[g]. Quid tamen ſi quis dotē hac lege dederit ꝓ muliere vt ad ipſum rediret ſi in mr̄imonio mortua eſſet: aut quoquo modo ſoluto mr̄imonio. nunquid hic in funus nō cōferat[i]: ſed cū dos morte mulieris ad eūdē ꝑuenerit: pōt dici ꝯferre eū[h]. ¶ Si marit⁹ lucrat̄ dotē ꝯueniet̄ funeraria: pater autē nō[i]. Sed ⁊ in huc caſuꝫ puto ſi dos (q̄ꝛ ꝑmodica fuit) in funus nō ſufficit/ in ſuperfluū in patreꝫ debere actionem dari. ¶ Cū mr̄fa. decedit nec eius eſt ſoluēdo[k] hereditas: funerari eā ex dote tm̄ oportet. ⁊ ita celſus ſcribit. Paulus.

In patrē cuius in poteſtate fuerit is cuius funus factum erit: competit funeraria actio[l] pro dignitate et facultatibus. Ulpianus.

Celſus ſcribit. quotiēs mulier decedit ex dote que penes virum remanet et ceteris mulieris bonis ꝓ portione funeranda eſt[m]. Pau.

Veluti ſi in dotem centū ſint i hereditate ducēta: duas partes heres/ vnā vir conferat[n]. Ulpianus.

Iulianus ſcribit. nō deductis legatis[o]. Pau.

Nec precijs manumiſſorum[p] ſeruoꝝ. Pōpo.

Nec ere alieno deducto. Ulpianus.

Sic pro rata ⁊ maritū ⁊ heredem cōferre[q] in funus oportet. ¶ Maritus funeraria non ꝯueniet̄ ſi mulieri in matrimonio doteꝫ ſoluerit: vt marcel. ſcribit. que ſentētia vera eſt in his tātū caſibus in quibus hoc ei facere legibus ꝑmiſſuꝫ eſt[r]. ¶ Preterea maritum puto funeraria in id demum teneri: quod facere poteſt. Id enim lucrari videtur[ſ] quod preſtaret mulieri ſi conueniretur[t]. Pomponius.

Quod ſi nulla dos eſſet[v] tunc omnem impēſam patrem preſtare debere Atticinus ait. aut heredes eius mulieris puta emancipate. q̄ ſi neq̄ꝫ heredes[x] habeat: neq̄ꝫ pater ſoluēdo ſit: maritum inquantum facere poteſt pro hoc conueniri: ne iniuria eius

¶ Iulianus. legatis. ab herede. q̄ꝛ ad ea preſtanda teneatur. Accur.

¶ Nec pcijs manumiſſoruꝫ. q̄s emere ⁊ manumittere mlier ſuum heredē rogauit.

¶ Sic pro rata. cōferre. ſec⁹ in alio debito. q̄ꝛ heredes tātū ſoluūt non marit⁹ lꝫ lucri doteꝫ faciat. vt. C. de iur. do. l. licet. Accur.

r ¶ Permiſſum eſt. veluti cū maritus vergit ad inopiā. vt. C. de iur. do. l. in rebus. vel ſi dederit ei vt ſe ſuoſq̄ꝫ alat. vel patrem ab hoſtibus captum redimat. vel in ſimilib⁹ caſib⁹ quos habes. i. ð iure do. l. mutus. §. manente. et. l. fi. et. i. ſolu. matrimo. l. q̄buis. et. l. ſed et ideo. Accur.

ſ ¶ Lucrari videtur. per pactuꝫ de lucrāda dote.

t ¶ Si conueniret̄. vnde vſq̄ꝫ eo conueniretur funeraria et non vltra. ſed cōtra arg. i. ad legem falci. q̄rebatur. §. ſi cuꝫ debitori.

¶ Quod ſi nulla dos eſſet. idē ſi eſſet ſed marit⁹ nil facere poteſt. argu. ſ. l. pxi. in fi. Accur.

x ¶ Neq̄ꝫ heredes. vt quia filia fa. erat. hodie tamen haberet. vt in aut. de here. ab inteſta. §. i. et. §. ij. col. ix.

a ¶Quōdaʒ vxorem.ſ.tempore mortis eius.alioquin non.vt.j.l.proxi.

SI mulier.funeris impenſam.tandiu enim iura primi viri tenet q̄diu alij non nubat.vtr.ſ.de ſena.l. vlti.ſicet ſi libertus meus ſit alterius factus ſeruus et ab eo manumiſſ⁹ prefertur in contratab. ſecundus manumiſſor.vt.j. de bo.lib.l.ſi libertus meus.

c ¶Utiq̃ꝫ.nūc redit ad pmū caſum.Accur.

d ¶Reſtitutur⁹ vt.ſ.eo.ſʒ ſi nō dū

COntra.pater ad queʒ dos nō debuit redire propter pactū. Et ſʒ hoc dic actione de dote.ſ. funeraria. vt enī tenetur hic maritus extraneo funeraria: ita ꝛ pr̄i. ꝛ q̄d ſubijcit a marito recipit. dic.ſ. q̄ doteʒ erat lucratus. vel dic ꝙ hec dos debuit redire ad patrē.ꝛ tūc ꝓprie ponit̄ actio ꝺ dote.i.ex ſtipulatu ꝓ dote.ꝛ dices a viro recipit qui nullum pactū poſuit de dote lucrāda Caue tñ tibi ꝙ ſi plus impendat pat̄ q̄ ſit dos nō repetit q̄d eſt vltra.vt.ſ.e.nerati⁹ .§.ſi maritus.

SI filiuſfa.miles ſit.ſcilicet funeratus de alieno.

videat̄ quōdā vxorem[a] ei⁹ inſepultam relinqui. Gaius.

SI mulier poſt diuortiū alij nupta deceſſerit:nō putat fulcini⁹ a priore marito lʒ lucri dotē faciat funeris impenſam[b] p̄ſtari. ¶Is qui filiāfa.funerauerit anteq̃ꝫ dos patri reddat̄/cuʒ marito recte agit: reddita dote patrē obligatū habet. vtiq̃ꝫ[c] autē ſi cum marito actuʒ fuerit:is eo min⁹ pr̄i mulieris reſtituturus[d] eſt.

COntra q̃ꝫ Pōpo. q̄d pater[e] in funus filie impēdit aut alio agēte ſecum funeraria iā p̄ſtiterit:ipſe actione de dote a marito recipit. Sed ſi emancipata in matrimonio decedat:collaturos heredes bonorūve poſſeſſores ꝛ patrē ꝓ portione dotis quā lucratus eſt. Ulpianus.

SI filiuſfamil.miles ſit[f] ꝛ habeat caſtrēſe peculiuʒ:puto ſucceſſores ei⁹ ante teneri[g]:ſic deinde[h] ad patrē venire. Qui ſeruū alienū vel ancillā ſepeliuit hʒ aduerſus dominuʒ funerariam actionem. ¶Hec actio nō eſt annua:ſʒ ꝑpetua[i]:ꝛ heredi ceteriſq̃ꝫ ſucceſſorib⁹ ꝛ in ſucceſſores dat̄.

SI poſſeſſor Paul⁹. hereditatis funus fecerit:deinde victus in reſtitutione nō deduxerit q̄d impenderit:vtilē[k] eſſe ei funerariaʒ.Si

g ¶Ante teneri. q̄ pr̄em. hoc autē obtinet ſi fecit teſtamētū. al's ſucceſſorē non hʒ. vt j.de caſtren.pecu.l.ij.

h ¶Sic deinde.ſ.ſi nō hēat ſucceſſorē. vt.ſ.e.l.i pr̄em.

i ¶Perpetua.vtr arg.ſ.e.liberum.in fi.Accur.

SI poſſeſſor.vtilē.nō directā.q: neminē ſibi voluit obligare. vt.ſ. cōi di.l.in hoc iudicio. ꝛ.ſ. eo.at ſi q̄s.§.ſi q̄s dū.Itē actio neg.geſto.dat̄ ei.vt.ſ.de pe. he. hereditas.§.i.ꝛ.l.ꝙ ſi poſſeſſor.§.ſed cum.ſed ibi de monumento dicit.Accurſius.

l ¶Deceſſerint.q̄d eſſe pōt.vtr.j.de do.iter vir. ꝛ vxo. cū hic ſta.§.ſi ambo.ꝛ.j.de do.cauſa mor. ſi hi qui.

m ¶Idipſum.ſ.portio dotis.pone enī talem pactionē fuiſſe vt marit⁹ dotis dimidiā lucraret̄ ſi vxor decederet in matrimonio.hic autē dubiū erat an prius deceſſiſſet in matrimonio:an poſt deceſſiſſet. et p̄ſumit̄ mulierē prius deceſſiſſe.ideoq̃ꝫ ſumpt⁹ funeris ad heredē viri ꝑtinet. vt.j. de reb. du.l.q̄ duos.§.ſi marit⁹.ſicut paruus priuſq̄ magnus.vt.j.de pac. dot.inter ſoceruʒ. in princi.

eodē momēto temporis vir ꝛ vxor deceſſerint[l]:labeo ait in heredem viri pro portione dotis dandam hanc actionem quoniā idipſum[m] dotis nomine ad eum peruenit. Ulpia.

SI quis fuit heres/deinde hereditas ablata ſit ei quaſi indigno[n]:magis eſt vt penes eum iura ſepulchrorū remaneant[o]. Paulus.

SI locus ſub conditione legat⁹ ſit:interim heres inferendo mortuū non facit[p] religioſum locum. Mar.

MInime maiores lugendum putauerūt eum[q] qui ad patriam delendā ꝛ parentes et liberos interficiendos venerit. ꝙ ſi filius patreʒ aut pater filium occidiſſet[r]:ſine ſcelere etiā premio afficiendū oēs conſtituerūt. Pōpo.

CUm loca capta ſūt ab hoſtib⁹ oia deſinunt[s] religioſa vel ſacra eſſe: ſicut homines liberi q̄ in ſeruitute perueniunt. ꝙ ſi ab hac calamitate fuerint liberata:quaſi quodā poſtliminio reuerſa priſtino ſtatui reſtituuntur. Mar.

FUneris ſumptus accipitur quicquid corporis cauſa/veluti vnguētorum erogatū eſt. Itē p̄ciuʒ loci i q̄ defunctus humatus eſt. et ſi qua vectigalia[t] ſunt vel ſarcophagi[v] et vectura:et quicquid

SI quis fuit indigno. vt q: defuncti mortē nō vindicauit. vt C.de his q̄b.vt indig.l.i.ꝛ.l.cū fr̄eʒ.

o ¶Remaneant vtr.j.ad treb.l.q̄a perinde.§.fi.nō eī deſinit eſſe heres vt.j. de vul. ſub.l. ex facto.§.ul.ꝛ inſti. de fideic. her. §.reſtituta. ſed ʒ j.d ſuis ꝛ legi.l.i. §.itē dū.ſo.ibi in maiori fuit delicto:quia reus per duellionis.

SI locus.nō facit.idē ē in ſeruo legato ſub ꝯditiōe q̄ interim manumitti nō p̄t vt ꝛ.j.qui ꝛ a qui. ma.li.l.iij. ꝛ.l.generaliter.§. fi. Sʒ in eo q̄d hic dicit̄ eſt cōtra.ſ.e.l.ſcriptus.in fi.ſol. hic loquit̄ eo caſu q̄ñ optime vel oportune iferri al's poterat. ibi vero nō poterat.

MInime.euʒ ideo nec funerādū. vt faciat ad tit.de luctu enī cōſtabat etiā ſine his delictis,vt.ſ. de his qui no.infa.l.liberorum.ꝛ.l.parentes.

r ¶Occidiſſet.ſ.ſe defendēdo.al's tenetur lege pōpeia de paricidijs.vt.j.ad legeʒ pōpe.de parici.l.i.Accur.

CUm loca.deſinūt.ſic ecōtra religioſa apud eos a nobis capta nō ſūt religioſa.vt.j.de ſepul.vio.l.ſepulchra.ꝛ facit.j.d iure fiſ.diu⁹.ꝛ.j.d acq.re.do.l.agris

FUneris.vectigalia.al's vectigalia et al's veſtiaria Accurſius.

v ¶Sarcophagi.ab arcos quod ē caro: ꝛ phagos cō eſt comedere. quia ibi caro hominis a vermibus conſu

mitur. Accurſius.
a ¶ Exiſtimo. vt. ⁊. ſ. eo. l. ſi quis. §. funeris.
b ¶ Munimenti. ⁊ id demū. ſ. ergo dicit̃ munimentum a munio: ſed monumentū a moneo. vel a memoria dicit̃ vt. ſ. e. l. ij. §. monumentum.
c ¶ Si amplū. i. vltra modū. Jo.
d ¶ Nō eē. nec repetit̃. vt. ſ. eo. ti. l. at ſi qs. §. quid ergo ſi ex.
NE corpora. officiū. ergo pro mortuo inferendo hȝ locū officiū preſidis ⁊ interdictū ſequens ⁊ actio in factū. q̄ eſt. j. n. i. vtr. ſ. e. l. liberū. ⁊. C. de ſepul. vio. l. q̄ ſepulchrū. nō tñ impedienti imponitur pēa. vt. j. de ſepul. vio. l. ij. §. non perpetue.
DJu fratres arcula. q̄dā ē caſa in qua vltra montes magni hoies aſſignant̃ ſeu imponūt̃ ſub terra.
SI qs eo. q̄ſi ⁊c. i. dicere magis depōit ad tps q̄ quaſi ⁊c. et tūc pōt transferre etiā ſine alicuius auctoritate. vt h. ⁊. C. e. l. ſi nec duȝ ſȝ ſi ppetue ſepulture tradidit pōt trāſferri iuſta cā cū auctoritate preſidis. ſi ſine cauſa cū pncipis auctoritate. vt. j. de ſepul. viola. l. ij. §. non perpetue. ⁊. C. e. l. ſi. Accur.
SI plures. ceterorū conſenſu. ſpāle. ſic et C. de cōi ſer. ma. l. i. ⁊. C. d com. re. ali. l. multum.
i ¶ Marie. pōt dici q̄ abundet pꝛopter id quod eſt iniſi. de rerū diui. §. religioſuȝ. vel dic q̄ ibi loquit̃ quādo extraneum vult inferre vt ex hac lege colligitur. Ac.
MOnumentum. prodita. vt et. ſ. eodem. l. ij. §. monumentum.

corporis cauſa anteq̄ ſepeliatur cōſumptū eſt: funeris impenſam eſſe exiſtimo[a]. ¶ Munimentū aūt ſepulchri id eſſe diuus adrianus reſcripſit: qd̄ munimenti[b] id eſt cauſa muniendi ei⁹ loci factū ſit i quo corpus impoſitū ſit. Jtaq̄ ſi amplum[c] quid edificari teſtator iuſſerit: veluti in circuitu porticationes: eos ſumpt⁹ funeris cauſa non eſſe[d]. Ulpianus.

NE corpa aut oſſa mortuorum detinerent̃ aut vexarent̃ neve pꝛhiberent̃ quomin⁹ via publica trāſferrētur aut q̄min⁹ ſepelirētur: pꝛſidis puincie officiuȝ eſt. Mar.

DJui fratres edicto admonuerunt ne iuſte ſepulture tradıtū id eſt terra cōditū corpus inquietet̃. Uidet̃ autē terra conditū ⁊ ſi in arcula[f] cōditū hoc aio ſit vt nō alibi trāſferat̃. ſȝ arculā ipaȝ ſi res exigat i locū cōmodiorē licere trāſferre nō eſt denegandum.

SJ quis eo aio Pau. corp⁹ itulerit q̄ cogitaret inde alio poſtea transferre magiſq̄ tpis gr̄a deponere: q̄ q̄ ibi ſepeliret mortuum: ⁊ quaſi[g] eternā ſedem dare deſtinauerit: manebit locus pꝛophanus. Caliſtratus.

SJ plures ſint dñi eius loci vbi mortuus infertur: oēs cōſentire debent cum extranei inferantur. Nam ex ipſis dñis quelibet recte ibi ſepeliri ɔſtat ēt ſine ceteroꝝ cōſenſu[h]/maxime[i] cū aꝉs non ſit locus in q̄ ſepeliret̃. Floren.

MOnumentū gnāl̃r res eſt memorie cauſa i poſterū prodita[k]: i qua ſi corpus vel reliquie inferantur/fiet ſepulchrum. ſi vero nichil eoruȝ inferat̃: erit monumētū memorie cā factū. qd̄ greci zenotaphiū appellant. Papinian⁹.

SUnt perſone q̄ q̄q̄ religioſum locū facere[l] nō poſſunt: interdicto[m] tamen de mortuo inferēdo vtiliter agūt vt puta dñs pꝛopꝛietatis ſi in fundū cuius vſufructus alienus eſt mortuū inferat aut inferre velit. nam ſi intulerit nō facit iuſtum ſepulchrum. ſȝ ſi pꝛhibeatur: vtiliter interdicto quo de iure dñij querit̃ aget. eadēq̄ ſūt in ſocio q̄ in fundū cōem inuito ſocio mortuum[n] inferre[o] vult. nam propter[p] pꝛublicam vtilitatem ne inſepulta cadauera iacerent: ſtrictam rationem inſuper habemus q̄ nōnunq̄ in ambiguis religionum queſtionibus omitti ſolet[q]. nam ſummā eſſe rōnem q̄ pro religione facit. Paul⁹.

CUm i diuerſis locis ſepultus eſt: vterq̄ quidem locus religioſus non fit. quia vna ſepultura[r] ſepulchra plura efficere non pōt. michi autem videtur illum eſſe religioſum locum: vbi quod principale eſt ɔditū eſt. i. caput ei⁹ cui⁹[ſ] imago ſit: vñ cog̃ſcimur Cū aūt impetrat̃[t] vt reliquie transferātur: deſinit locus religioſus eſſe[v]. Marcian⁹

JMpenſa funeris ſp ex hꝛditate deducit̃: q̄ etiā oīe[x]

SUnt pſone. facere. ceteꝝ ſi ipē q̄ legauit vſūfru. inferat: nec ſit alius locus vbi ſepeliatur: faciet iuſtū. vt et. j. l. ſi plures.
m ¶ Interdicto. d mortuo iferēdo. vt. j. n. i. l. i. §. hoc interdicto.
n ¶ Mortuū. ſ. extraneū. aꝉs ſec⁹. vt. ſ. e. ſi plres.
o ¶ Inferre vult. nā inferre quideȝ pōt q̄diu aliquis loc⁹ parat̃ vel parari poſſit. poſtea aūt tenet̃ auferre pactionē i factū. vt. ſ. cōi diui. ſi qs putās. §. ſi qs i cōmune. ⁊. ſ. eo. l. ij. §. an ſocius.
p ¶ Propt̃. aꝉs ppt̃. ⁊ aꝉs pt̃er. et ſp eſt idē ſenſus. ſcȝ q̄ due ſunt rōnes quare ſocius in locū cōem infert̃. vna publica vtilitas: alia ſtricta rō q̄ pꝛo hoc facit. que ⁊ ſi faceret ɔ hoc omitteret̃ pꝛopter fauorem religiōis. qd̄ dic vt. ſ. eo. at ſi qs. §. ideȝ labeo. ſȝ hic facit pꝛo hoc. ⁊ eſt hic q̄r ſi ſoci⁹ pꝛhibet q̄r ſoci⁹: ſȝ ⁊ ego inferā q̄r dñs vt ipſe. nam ſummaȝ ⁊c. vt ſubijcit hic.
q ¶ Solet. tamē eſt ɔtra eq̄tati. vt in multis caſib⁹. ſ. eo.
CUm i diuerſis. ſepultura. i. vn⁹ homo ſepultus. Accur.
ſ ¶ Cuius. ſ. capitis. ſed q̄d ſi me dictas capitis in vno loco ſit: ⁊ alia in alio. reſpō. neuter eſt religioſus ſm Jo.
t ¶ Jmpetrat̃. a principe. alioqui non. vt. C. e. l. ſi.
v ¶ Religioſus eſſe. ſacer enī q̄ñq̄ deſinit. vt. ſ. e. l. cuȝ loca. Accur.

JMpenſa. omne creditum. forte loquitur de credito qd̄ ſine pignore debetur cum creditores habentes pignora pꝛeponantur priuilegijs perſonaliū actionuȝ. vt. C. qui po. in pig. ha. l. eos qui. ⁊ ibi. immo etiam de

eo q̄ sub pignore debeat. vt.§.eo.at ſi quis.§.i. ſi tamen tacitū ſit pignus. al's forte eſt cōtra ſicut in dote dicim⁹. vt.C.qui po.in pig.ha.l.fi. Itē.§.eo.neratius.§ fi.ſo. vt ibi diximus. Accurſius.

Si plura predia. poterit in vnum. vt.§.eo.at ſi quis.§.i.⁊.l.iij.i fi. Ac.

ferre inuito te ius ei eſt quomin⁹ illi eo ea ve mortuū inferre et ſepelire liceat ⁊c.

k ¶ Non prohibetur. vt.§.ti.i.l.liberuz.⁊ ſic ꝓhibetur prohibens. Accur.

l ¶ In fundum. i. ad fundum. Accur.

b ¶ Gratificationi. no. locū eē gratificatōi. ſic ⁊.§.ad ſille.l.iij.§.ſi cum omēs in fi.⁊.§.de bo. auc. iu.poſ. ſi nō expedi.§.i.et.§.de noua. ſi itichuz.§.ſi decē.⁊.§.ð pecul.l.ſūma.§.ſʒ et ſi aliȷ̄.⁊.§.deposi.l.ei apud.§.i.⁊.§.loca.l.in naue.in fi.⁊.§.de le.ij.ſi q̄s ſeruū.§.ſi iter duos.⁊.l.cū quidā.⁊.l.ſtatuliberum in fi.⁊.§.de leg.i.ſi michi et tibi.in prin.⁊.§.de condi.inde.plane.⁊.l.ſi non ſor.§.fi.ſʒ ar. contra.C.de condi.inde.l.pe.et.§.que in frau.cred.l.pupillus.in pri.⁊.C.de peti.her.l.fi.Accur.

c ¶ Deberet i funus. vt.§.e.l.neratius.§.fi. contra Sol.vt ibi. Ac.

d ¶ Legātur. ſcʒ a legatario. azo.

e ¶ Erogata ſūt a legatario.

f ¶ Actionē. ſ. in factū. vt.§.de leg.ij.l.ſi heres rem. vel ibi heres intēdit rem legatam.

g ¶ Et. ꝑ id eſt.

¶ De mortuo inferendo.

Retor ait. quo ſcʒ monumento. Accur.

i ¶ Qua ve. i. ꝑ quā partē ſiue viā ad fundū vt ſepeliret deſtinatā. az. Et dic φ py. littera aliter dicit. ſcʒ p̄tor ait quo qua ve illic mortuū in

creditum ſolet precedere: cuʒ bona ſoluēdo nō ſūt. Sceuo.

Si plura predia q̄s habuerit ⁊ omnium vſūfructum ſeparatim legauerit poterit[a] in vnuʒ inferri. electio vero erit heredis et gratificationi[b] locus: ſed vſufructuario vtilem actionem in heredem dandam / ad id recipiendum q̄ð propter eam electionē minutus eſt vſufruct⁹. ¶ Si hēs mulieris inferat mortuum in hereditariū fundū: a marito q̄ deberet[c] in fun⁹ conferre pro eſtimatione loci conſequatur. ¶ Ei cui veſtimenta legant[d] ſi in funus erogata[e] ſint: vtilē actionem[f] in heredē dandam placuit: et[g] priuilegium funerarium.

¶ De mortuo inferēdo. ⁊ ſepulchro edificando. Titu. viij.

Ulpianus.

Pretor ait q̄[h] qua ve[i] illi mortuum inferre inuito te ei ius eſt: quomin⁹ illi ei ve mortuum iferre ibi: ⁊ ſepelire liceat vim fieri veto. ¶ Qui inferēdi mortuum ius habet non ꝓhibetur[h] inferre. ꝓhiberi autē inferre videtur: ſiue in locum inferre ꝓhibeat: ſiue i itinere arceat. ¶ Hoc aūt interdicto de mortuo inferendo dn̄s proprietatis vti pōt: q̄ð etiā de loco puro cōpetit. Itē ſi michi in fundū[l] via debeat: in quem fundū inferre volo / et via prohibeatur: hoc iterdicto poſſe me experiri placuit: quia inferre prohibeor. quia via vti ꝓhibeor. Ideōq; erit ꝓbādum ⁊ ſi alia fuit⁹ debeat[m]. ¶ Hoc interdictū prohibitorium eſſe palā eſt. ¶ Pretor ait[n] quo illi ius eſt iuito te mortuū iferre: quominus illi in eo loco ſepulchrum ſine dolo malo edificare[o] liceat: vim fieri veto. ¶ Interdictum hoc propterea propoſitum eſt: quia religionis intereſt monumenta extrui ⁊ exornari. ¶ Facere ſepulchrum ſiue monumentū in eo loco in quo ei ius eſt nemo prohibetur: edificare videtur prohibere ⁊ qui prohibet eam materiam cōuehi que edificio neceſſaria ſit: ꝓinde ⁊ ſi operi neceſſarios prohibuerit quis venire: interdictum locum habet. et ſi machinam alligare quis prohibeat: ſi tamen eo loco ꝓhibeat q̄ ſeruitutē debeat. Ceterū ſi in meo ſolo velis machinam ponere: non tenebor interdicto ſʒ iure te nō patiar. ¶ Edificare autē non ſolum qui nouum opus molitur intelligendus eſt: verum is quoq; qui vult reficere[p]. ¶ Is qui id agit vt labatur[q] ſepulchrum: hoc interdicto tenetur[r]. Marcel.

Negat lex regia mulierem ſi pregnās ſit mortua / humari anteq̄ʒ partus ei excidatur[s]. qui contrafecerit ſpem animātis cum grauida[t] peremiſſe videtur. Ulpian⁹.

Si propius edes tuas q̄s edificet ſepulchrū: opus nouum tu nunciare poteris. ſed facto opere nullam habebis actionē niſi q̄ð vi aut clam[x]. ¶ Si propius edificiū alienum intra legitimum mo=

m ¶ Debeat. iter vel actus. Ac.

n ¶ Pretor ait. hoc eſt ſecundum edictū. ⁊ eſt ꝓhibitoriū ſicut ⁊ p̄mū vt inſti. de interdic.§.ꝓhibitoria.

o ¶ Edificare. cōuehi. vt ⁊.§.de iti. actuq; pri.l. veteres. Accur.

p ¶ Reficere. largevocabulū accipe reficere. ſi vero ſtricte: differentia eſt inter facere et reficere. vt.§.de iti. actuq; pri.l.iij.§. reficere.

q ¶ Labat. per q̄ð videtur ꝓhibere facere cum factum non ſinit.

r ¶ Tenet. pōt etiam accuſari de ſepulchro vio. vt.§.ð ſepul. vio.l.ij.⁊.iij.⁊.l. ſepulchri

s Negat lex. excidatur. ſic ⁊ in ea que ad mortem eſt damnata. vt.§. de ſtatu ho.l. imperator. ⁊.§.de pe.l. pregnantis. Accur.

t ¶ Cum grauida. i. grauida cōſiſtentis nō ita vt videatur vtrunq; pemiſſe. ⁊ ſic hec dictio cum: nō implicat. arg. cōtra.§.de vſufru. le.l. illi. Accur.

Si propius. ſcʒ φ determinatum eſt.§.finium regun.l.fi. vel melius ſi priuatus eſt loc⁹ vicinus.x.peduʒ. ſi publicus.xv.peduʒ. vt.C.de edi. pri.l.ſi cui.⁊.l.meniana. Accur.

x ¶ Quod vi aut

clam. ar. ff. p. qui dixit duo eſſe interdicta. vnũ quod vi: aliud quod clam. nam hic erat factum clam: et tamẽ datur interdictum qđ vi aut clam.

Tacẽs p cõſentiẽte habetur.

a ¶ Sciente. ⁊ nõ cõtradicẽte. ⁊ ſic no. ꝙ q̃ tacet cõſentit. vt. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. ſi quis iuſta. ⁊ ff. loca. item queritur. §. q̃ impleto. Accur.

dum mortuus illatus ſit: poſtea eum prohibere non poterit edificij dominus quominꝰ alium mortuum eo inferat vel monumentum edificet: ſi ab initio ſciente[a] domino hoc fecerit. Ulpianus.

Longa[b] poſſeſſio[c] ius ſepulchri non tribuit ei cui iure non competit. Idem.

Si in eo monumẽto qđ imperfectum eſſe dicitur reliquie hominis condite ſunt: nichil impedit quominꝰ id perficiatur[d]. Sed ſi religioſus locus iam factus[e] ſit: pontifices[f] explorare debent: quatenus ſalua religione deſiderio reficiendi operis medendum ſit.

¶ Explicit liber Undecimus.

Longa. nec etiam lõgiſſima. quia incorporales res preſcribi nõ poſſunt. Item quia ipſuʒ ſepulchrum cum nõ ſit in bonis vllius nec eẽ poteſt nec poteſt pſcribi vt iſti. de re diui. §. nullius. vñ no. talem regulam ꝙ ſi qua res corporalis eſt q̃ ſuo priuilegio nõ eiꝰ cuiꝰ eſt: nõ pt triẽnio vel decẽnio vł vicẽnio preſcribi ab eo qui titulũ vel etiã bonã fidẽ habet: eadẽ res vel. xxx. vel. xl. an. non poterit preſcribi ab eo q̃ titulum non habet. vt pʒ in libero homine. vt. C. de preſcri. long. temp. que p li. vel contra eam da. l. fi. Item in eo quod dicit non cõpetit: patet ꝙ quedam ſunt q̃ poſſunt ſeruari que de nouo nõ poſſunt acquiri: vtius ſepulchri preſcribi. vt h. Nec decurionatus lõga ſalarij preſtatione. vt. ff. de decu. l. herẽnius. nec nouam poſſunt iudei facere ſynagogam licet veterẽ fulcire poſſint. vt. C. de iude. l. fi. Iteʒ nunciatio pro opere faciendo non facto iaʒ fieri poteſt. vt. ff. de ope. no. nunc. l. i. §. ſi quis edificaũ. ſic ⁊. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. l. ſi donante. §. fina. Item in eo qđ dicit ius ſepulchri non preſcribi eſt ar. ff. C. de reli. l. monumentorũ. in fi. ſol. ibi dicit ad puri loci preſcriptionẽ tñ proficere: non autem ad ipſa loca religioſa. Ac.

c ¶ Poſſeſſio. id eſt detentatio. nam vere non poteſt poſſideri. vt. ff. de acqui. poſ. qui vniuerſas. §. i. Accurſius.

d ¶ Si in eo monumento. perficiat. etiam ſine auctoritate alicuius. Accurſius.

e ¶ Factus. i. perfectus.

f ¶ Pontifices. i. epi. qui in talibus ſuum exercent officiũ. vt. ff. de peti. here. l. hereditas. §. i. Accur.

¶ Finis prime partis. ff. veteris.